

Territorio Terre Gandiani et terre Lavelli (1) cum omnibus terre iuribus rationibus et pertinentiis suis ad Massariam ipsam spectantibus pleno jure *etc.*, ad annos quinque finitos et completos a festo Sancte Marie mensis augusti primo futuro preteritis anni huius sexte Inditionis in antea numerandos pro unciis auri decem in Karolenis argenti boni et iusti ponderis sexaginta per unciam computatis ponderis generalis ipsorum quinque annorum ad rationem videlicet de unciis auri duabus anno quolibet ipsorum quinque annorum. Quas uncias auri decem pretium scilicet concessionis ipsius dictus frater Matheus procurator procuratorio nomine ab eodem Nicolao recepit *etc.* Pacto inter eundem procuratorem *etc.* et Nicolaum quod dictus Nicolaus vel sui heredes teneantur et debeant ad expensas eorundem solvere anno quolibet ipsorum quinque annorum de suo proprio, Episcopo Lavelli libram unam Cere debitam ipsi episcopo Lavelli anno quolibet pro Masseria predicta et teneantur et debeant ad expensas eorum Nicolai et heredum et cohoperiri facere ecclesiam Sancti Egidii sistentem in Masseria predicta et quod dictus procurator et ipsi dominus Abbas et conventus non possint nec debeant toto predicto tempore ipsorum quinque annorum auferre ab eodem Nicolao vel eius heredibus dictam Massariam per quodcumque augmentum per quempiam faciendum in Masseria predicta Infra predictum tempus vel annos quia sic inter eos convenientie pacto stetit. Quatinus a predicto festo Sancte Marie in antea *etc.* Unde voluntarie dictus procurator Guadium dedit *etc.* In cuius rei testimonium *etc.* Quod scripsi ego predictus Robertus puplicus baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Iohannes de Cantore q. s. Iudex. (*Tabellionato*).

† Dompnus nicolaus de vicario testor (*sic*).

† Ego Tomas (*sic*) Leonardus testor.

† Ego Iaconus Iohannes dictus Iudeus testis sum.

N. 87.

A. D. 1323

(21 giugno; Indiz. VI)

Provenienza	Cattedrale.
Data di luogo	Barletta.
Rogatario	Robertus de Peregrino not.
Descrizione	Taglio rettang: alt. m. 0,30; larg. m. 0,23. Con quattro piccoli strappi a destra.
Scrittura	Gotica elegante.
Contenuto	Poma, f. qd. magistri Iohannis sellarii di Barletta, col consenso del mundualdo Rogerius de Gramatico, di tre vigne, con pila et palmento, che possiede in cluso Sancti Martini, lega pro anima sua vigna 1 e ordini 15 ad Angelus, f. del detto Ruggero de Gramatico, e il resto alla Chiesa di S. Maria de Episcopio.
Bibliografia	Inedita.

† Anno (*in maiuscola*) ab Incarnacione domini nostri iehsu christi Millesimo Trecentesimo vicesimo tercio, Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno [quarto decimo] Mense Iunii die vicesimo primo eiusdem Sexte Indicionis apud Barolum. Nos Iohannes de Cantore Regalis Baroli Iudex Robertus

(1) In provincia di Potenza; distante da questa città Km. 76.